Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

prophetis. Ad matutin Cap. Leua in circuitu o-
culos tuos & uide omnes isti congregati sunt uene-
runt tibi filii tui de longe uenient & filie tue de
late resurgent. Aliud. Surge illuminare ihrlm qui
uenit lumen tuum & gloria domini super te orta est
quia ecce tenebre operient terram & caligo populos super te
autem orietur dominus & gloria eius in te uidebitur. Aliud. Do-
mine dominus noster ad te gentes uenient ab extremis ter-
re. Aliud. Et dixit dominus spiritus domini super me eo quod
unxerit me ad annunciandum mansuetis misit me.
Gaudete & laudate simul deserta ihrlm. Aliud Cap.
Quia consolatus est dominus ihrlm suum et uidebunt omnes
fines terre salutare dei nostri. Aliud Cap. Omnes
de saba uenient aurum & thus deferentes & laudem
domino annunciantes. Collecta. Oremus ut nata quesumus do-
mine uenture festiuitatis splendor illustret quo
mundi hui[us] tenebris carere ualeamus & peniam[us]
ad patriam claritatis eterne per. Coll. Deus qui
hodierna die unigenitum tuum gentibus stella duce
reuelasti concede propitius ut qui iam te ex fide cogni-
uimus usque ad contemplandam speciem tue celsitu-
dinis perducamur per eum. Coll. Illumina quesumus domine
ihrlm tuum & splendore gloriae tue cor eius accende ut sal-
uatorem suum & incessanter agnoscat & veracit[er] appre-
hendat per. In Octaua Epyphanie ad vespe Capitulum
Exultet desertum exultent solitudines ior-
danis & populus meus uidebit altitudinem domi-
nicam maiestatem dei. Aliud. Et dixit dominus Aperiam in
superiis collibus flumina & in medio camporum fontes
dirumpam ponam desertum in stagna aquarum et
terram inuiam in riuos aquarum. Aliud. Fidelis sermo
& omni acceptione dignus quia xpc ihs uenit in hunc mun-
dum peccatores saluos facere. Coll. Deus tuus unigenitus in substantia nostre carnis apparuit presentia quesumus ut per eum
quem similem nobis foris agnouimus intus reform-